









1738.

1<sup>o</sup> Consalvi, Franciscus Carolus: De inspectione causa  
veris occisi a soldis medicis peracta virosa nee  
sufficiente ad pacem ordinariam irogantem . . .

2. Gochel, Joh. N. Ch. de: De donationibus que jurisdictionis  
sunt inservientia letalis et que a relatione in istas  
sunt exentae . . .

3. Gochel, Joh. N. Ch. de: De origine usu et abuso  
instrumentorum.

4. Herderus, Lantinus: De mortuis mechanice  
processantibus.

5. Rippingerius, Joannes Wolfgangus: De statu religiosis  
ante pacem Ryswickensem.

6<sup>o</sup> Rippingerius, Joannes Wolfgangus: De encapione  
juri's publici et simplici.

1739.

1. Gochel, Joh. N. Ch. de: De legibus militariis  
et iuri's præventivis militaris utilitate

1739.

2. Remondius, Richardus: De immutabili naturali legi

1740

1. Gerike, Petrus: Timoribus morte, in qua conjecturae  
physico-metaphysico-hydratice & respiratione factas  
in Italia fortis ab his annis propositae examineantur.

2. Grubbe, Petrus: De texture solidorum in humano corpore  
diversitate, quaque cognitione in dicta ordinanda  
et medicamentis praesertim necessaria.

3. Gschel, Th. Witz, id: De substitutione papaveris  
a Germania non exclusa.

4. Ponsart, Fransini Carolus: De senatus consulles super-  
numerum judiciorum temp. Rom. Germ.  
Mogheim, Jak. Lincz

5. Remondius, Richardus: (Civibus suis s. p. d. : manus-  
viam Richardi Remondii ... commentat a verique  
act. exequias ejus cohoreundas invitant promittit  
et senatus.

1741.

1. Conrad; Frans van Crstn: de Testamento publico,  
quod sibi erat acta.

1<sup>a</sup> Schlaegerus, Iulius Crstn: De debitoru abaseret  
secundum Ios Hebreicam et Atream Crstori in  
sententiam adjudicantis.

2. Wagnerus, Petrusplus Ants: Novum Petropis  
Christiani Wagneri . . . commentar. proposito  
et sanctus

17.

2.

178

1. 4

1

1

2. 3

3.

4. 1

1

5.

2

1

II.  
ia-  
pra-  
us,  
m,  
no-  
ta-  
en-  
su-  
en-  
ir-  
us,  
dit.  
fir-  
us  
on-  
em

3, 331.

DISSERTATIO  
DE  
**LEGIBVS MILITARIBVS**  
ET  
**JVRISPRUDENTIÆ MILI-**  
**TARIS UTILITYATE**

QVA

INSTAR PROLVSIONIS

*NOBILISSIMOS DOCTISSIMOS QVE*

**DOMINOS COMMITTONES**

AD PPÆLECTIONES

IN BAIERI JVRISPRUDENTIAM MILITAREM

PUBLICAS

QVARVM

DIE OCTOBRIS 1739

PRIMÆ HABEBUNTUR

HUMANISSIME INVITAT

**JOH. WILHELM DE GOEBEL**

JCtus.

---

HELMAESTADI

EX OFFICINA PAVLI DIETERICI SCHNORRII

ACAD. TYPOGR.

HEILIGENSTADT

AGAD TYPUS.

JOH. WILHELM DE GODEFRIE

HANOVERIANA LIBRARIATA

C. 18.

LATITAGE

LAURENTIUS

MELISSARIONIS

MONSERRATENSIS

PARISIENSIS

PARISIENSIS

PARISIENSIS

PARISIENSIS

EGIUS MITHRIBAS

ARISTOTELIS MITH-

TURIAE ALTISSATE

PARISIENSIS


PARISIENSIS

PARISIENSIS

PARISIENSIS

PARISIENSIS

PARISIENSIS



Q. D. B. V.

**A**nimo non volvo, POLYBII *de militia Romana libellum*, \* ARRIANI *tacticam*, MAVRITII \*\* *artis militaris libros*, aut LEONIS IMPERATORIS *de bellico apparatu*, VEGETII, \*\*\* FRONTINI, \* POLYAENI, ONOSANDRI \*\* aliorumque \*\*\* de re militari & strategematisbus excutere constitui vo-

A 2 lumina:

(\*) Eruditæ in POLYBII opusculum exstant notæ, quæ Lipsii nomen præ se ferunt. Huius non esse foetum, affirmat BAILLET: Sed refutatur a MENAGIO in *Antibaillet C. 28 p. 87.* Neque enim Lipsius autoris nomine obinde privari potest, quia sua maximam partem debet FRANCISCO PATRITIO, qui demilitia Romana librum italicice scripsit.

(\*\*) Sueciæ reginæ Christianz iussu, SCHEFFERVM habuit interpres tem, qui ei ARRIANVM adficiavit. Notæ, quas in utrumque, ejus labore latine loquenter scriptæ, magna ex parte criticæ sunt.

(\*\*\*) Hunc annotat. illustrarunt GODESCH. STEWACH. & FRANCISC. MODIVS.

(\*) In huic FRANCISCI MODII habemus notas.

(\*\*) RIGALTIVS in Onosandrum commentatus est.

(\*\*\*) Eorum, qui circa hoc versati sunt theme, non paucos veterum æque atque recentiorum referunt catalogi bibliothecæ Thuanæ part. II. p. 123 seqq. *Bultelliana* p. 333. seqq. *Dubosiana* passim Hisce LIPPENII bibliotheca juridica iungi potest. Sunt quoque hujus argumenti scripta quædam in tractatutratatum & in thes. Gro-noviano.

lumina: Tale namque argumentum non immerito iis, qui cum bonis litteris rei militaris \* scientiam & usum combinarunt, pertractandum relinquitur. Neque viri, omnium etatuum & memoriae clarissimi, HVGONEM GROTIUM \*\* puta, eternum iurisprudentiae universalis opus, quod a duobus, inter quos versatur, cardinibus inscripsit, interpretabor: Sed iurisprudentiam militarem, quatenus iuris positivi humani partem constituit, explicabo.

Et Graeci & Romani militares habuerunt leges,\* quibus disciplina, qua utebantur, severissima \*\* innixa est.

De

(\*) De septem artis militaris libris, quos Machiavellus Italico consignavit idiomate, haec apud BAYLIVM D. H. C. tom. III. leguntur: *Machiavel publica sive livres de l'art militaire*, qui le ferment passer dans l'esprit du Duc d'Urbain pour un homme très capable, pour mettre un armée en bataille; mais il eut la prudence, de n'oser jamais, essayer sa théorie, non pas même sur un escadron. Quam vellem, ut magistri, qui arte gymnastica, & scientie militaris praceptis puerorum juvenumque imbuerent animos, publicis alerentur sumtibus. PLVTARCHVS de *educandis liberis* p. 42. SVETONIVS in *Casare* C. 26. Sæpe apud nos adolescentes in scolis sunt stultissimi, quia nihil ex iis, que in uero habemus, aut audiunt, aut vident. Vid. *a discourse of Government, wittb. relation to Militia's* p. 51. seqq. *L'etat présent de la Suede* C. XIII.

(\*\*) De hoc omnium eruditorum principe vid. BATEVS in vita ejus, BAYLE dans le dictionnaire H. C. tom. II. p. 1322. *Memoires de Hollande* par du Maurier p. 433. seqq. MAGIRI eponymolog. p. 404. 405 *Histoire des ouvrages des savans du mois de juin 1688. Oeuvres mêlées de S. EVREMONT* tom. III. p. 30.

(\*) ALEXANDER ab ALEXANDRO genial. diss. lib. II. C. 13. PLVTARCHVS *apophtegm.* p. 54.

(\*\*) Quod primis temporibus paulo laxior militaris apud Romanos fuerit disciplina, ratio fuisse videtur, quod cives suis sumtibus militaverint.

De re militari ARRIVS MENANDER, TAR-  
RVNTENVS PATERNVS, AEMILIVS MA-  
A 3 CER

rint. DIONYSIVS HALICARNASS. lib. III. C. 23. Interim stipendia, quæ postea ex ærario suppeditata, sub initium non aequa magna fuisse videntur. Pertinet huc, quæ Percennius dux olim theatrum operarum, dein gregarius miles, & coetus miscere histriani studio doctus, in rebellionis, qua Panonicae legiones faviebant, incitamentum, sermocinatur: *Enim vero, inquit, militiam ipsam gravem infructuosam, denis in diem assibus animam & corpus astimari.* TACITVS lib. I. annal. C. 17. Peditibus militare stipendum de publico A. V. CCCXLVIII. & equitibus triennio post dari coepisse, autor est LIVIVS lib. IV. De aucto seculi stipendo, vide TORRENTINVM ad SVET. Jul. Caesar. C. 26. Praetoriani haud dubie & ostensionalis militis majora fuerent stipendia. Erant ostensionales milites, quos statuta proceritas & forma comminabant. Nomina inde habebant, quod, in obsequium principis, diebus festis & solennibus soliti convenire. Dicebantur etiam CANDIDATI, quod forte, ad eminentium militari um dignitarum munera, spem haberent proximam. BULENGERVUS de imperatore & imperio Romano. lib. IV. C. 70. 71. Erant quoque, inquit, PANCIROLV in comment. ad noctitiam utriusque imperii p. 61. ostensionales milites, qui, speciosis vestibus induiti, olim imperatorem comitabantur. LAMPRIDIUS de Alexandro Severo ait: milites, quos ostensionales vocant, non pretiosi, sed specificis clarisque vestibus ornabat, nec multum insignibus, aut apparatum regium auri & serici deputabat, dicens, imperium in virtute esse, non in decoro. Script. biflor. augustin. a BOXHORN. edit. P. III. p. 359. HIERONYMVS in vita Hilarionis iuquit: Namque CANDIDATVS imperatoris Constantii rutilis coma, & candore corporis indicans provinciam. VALESIVS in notis ad lib. XVI. C. V. AMMIANI MARCELLINI notat, fibi a Sirmondo communicata esse veterem inscriptionem, Romæ in æde S. Petri ad vincula reportam, cuius tenor est: HIC POSITVS EST ANTIOCHVS CANDIDATVS PRIMICER. Duæ erant candidatorum scholæ five ordines, alii seniores, alii iuniores dicebantur. Hi septima, illi sextæ erant scholæ. Ostensionales milites priori tempore militasse, ex sequentibus, quæ VICTOR in chronicô habet, constat verbis: Cui ne pos Justiniani vocabulo fuit, candidati militia functi, ex candidato

CER, JCTi scripsere. Eorum, quæ literis mandarunt, fragmenta tit. Pandectarum *de re militari* se conspi cienda præbent. PAVLV<sup>S</sup> librum singularem *de militaribus conscripsit pænis*, ex quo ibidem locus quidam citatur. Aliorum JCTorum, ad hanc rem at tinentia, loca sparsim Digesti, tit. *de captivis &c. de re militari*

didato magister militum ordinarius constituitur. AMMIANVS MARCELLINVS lib. XV. C V. p. 62. ait: Sed Laningaiso veterante tunc tribuno, quem dum militaret CANDIDATVS &c. Postea vero a militia & re militari vacasse, ex AGATHIA lib. VI. confat. Erant autem, inquit, re vera non bellatores, & rei bellicae periti, sed ex cohortibus illis, que totum diem totumque noctem in aquila principis consumunt, quos scholares vocant. Illi quidem vocantur milites, & munierorum libris & matriculis inscripti sunt: Sed plurimi sunt urbani, splendide vestiti, magnificientia causa, & imperatorii fastus ergo tantum reperti. BULGHERVS de imp. Romano lib. IV. C. 29. PANCIROLVS ad notitiam utriusque imperii p. 102. Dubium, an sub prioribus imperatoribus ostensiones hi noti fuerint milites: Videtur tamen ex LAMPRIDI<sup>I</sup> veribus confare, Alexandri Severi tempore non habitam rem, heri aut nudius tertius natam. Apud Romanorum imperatorum priores, Germanorum forte robora, qui eis armigeri & custodes aderant, ostensionalium militum locum habuerunt. Eos Augustus, post Varianam cladem dimiserat, ut tradit SVETONIUS in Augusto C. 49. SCHATENIVS in historiâ Westphal. lib. I. p. 66. Reduxit autem Tiberius. TACITVS lib. I. C. 24 Caligula quoque & Galba iii custodibus usi. SVETON in Caligula C. 55. Galba C. 12. Ex citato Hieronymi loco conicere forte illet, seculi III. & IV. imperatorios ostensionales milites plerosque, ex Germanis aliquis aquilonaribus collectos suisse populis. Traces & coerulei oculi, rutila come, magna corpora Germanis a Tacito adscribuntur. Juvenalis canit:

Coerulea, qui stupuit Germani lumina, flavam.  
Cæsiariem & madido torquentem cornua cyrrho.

Vid. BODIN. method. hist. C. V.

(2) 7 (20)

militari, de castrensi peculio & veteranis afferuntur.\*  
Septimus quoque Theodosiani,\*\* & duodecimus Ju-  
stiniianei Codicis liber varia, huc spectantia, habent  
placita.

Tur-

(\*) Sunt etiam quædam huius argumenti *libr. IV. MODESTINI de poenis*. Sex ex MENANDRI libro de re militari in Pandectis re-  
lique leges, curiosa continent, & poenas in desertores, & qui  
cum eis similitudinem habent, nec non veteranorum privilegia. Ex  
MACRI libro *de re militari* septem, in Digestis extantia, loca potis-  
simum de officio exercitum regentium, missione honesta, cau-  
faria & ignominiosa, nec non de militis testamento agunt.  
*TARENTENVM PATERNV M* rerum militarium studioissi-  
mum fuisse, BERTRANDVS in vita eius tradit. Ex quatuor, quos  
de re militari conscripsit libros, duo in duabus quodammodo  
sunt superfites legibus. Haec aut quibusdam, qui ad militiam  
conducentibus rebus operantur, aliquam munerum vacationem  
dant, aut proditores & trans fugas plerumque capite puniendos,  
& exauctoratos torquendos, cum non pro milite, sed hoste ha-  
bentur, dicitant. In tribus legibus, quæ ex PAVLI libro *de  
penis militum* reliqua sunt, statuitur, in furto balneario depre-  
hensos ignomina mittendos esse; Nec non carceri præpositum,  
si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiā, vel ferrum  
vel venenum in carcerem inferri passum, officio iudicis punien-  
dum, si nec sit, ob negligentiam officio esse removendum. De-  
inde arma alienasse, grave esse crimen, & eam culpam desertioni  
exequari.

(\*\*) Illustrans hisce materiis admodum inserviunt CVIACIVS in  
obseruat. CORASIVS epist. quæst. FORCAT nequam & PE-  
TRVS FABER semebr. passim, BRISONIVS lib. II. select. C.  
6. & 7. lib. III. C. XI. ALEX. ab ALEXANDR. genial. dierum  
C. 12. PITHOEVS lib. I. advers. success. C. 15. & in notis ad  
fragm. ICtorum p. 7. GVIBERTVS quæst. iuris lib. III. C. 1. &  
lib. II. *invaria* C. 9. CAELIVS PHODIGINVS lib. II. lect.  
antiq. C. 37. AVR PACH lib. II. allegat. C. 38. ALCIATVS pa-  
verg. C. 14. lib. I. & de re militari & militaribus officiis, nec  
non DVARENVS lib. I. disputat. C. 4.

(\*) Eruditissimæ hic Iacobi Gothofredi evolvi merentur note.

Turcis quoque suæ sunt leges militares. \* Ha-  
bent

(\*) Sequentes has de militari Turcarum iure hic annexètere  
liceat positiones. Bellum, iuxta Mahomedanorum definitio-  
nem, est certamen cum hominibus, a Muhammedica alienis fide,  
vel immorigeris, initum religionis causa. Quum Mahomedes  
errores suos spargere inciperet, ab omni abstinentia bello, sua-  
debat, sic ut ipse fugere, quam hostibus resistere maluerit: O-  
pibus vero & viribus auctior, tantum quatuor anni mensibus, pri-  
oribus nempe duobus, & posterioribus totidem bellis mala, qui-  
escere voluit, ita tamen, ut in his quoque in eos, qui mensum  
illorum sanctitatem non agnoscent, arma sumi possent.

Nihil in orbe præstantius dicunt, quam ad bellum contra  
infideles, quo nomine iis veniunt, qui a Mahomedana alieni  
sunt religione, se accingere, & qui in ea occiduntur, *sémite Dei*,  
uti Martyres, occumbere. Ex Corani sententia, qui in bello pro  
religione perierunt, non mortuos esse, sed vivere, dicunt. Juuat  
qua hanc in rem apud *BVS BEQ VIV epist. I.* legitur, adiunge-  
re: *Habent hoc in opinione*, inquit, *Turce, ut, nullorum animas*  
*maiore compendio in coelum evolare credant, quam virorum*  
*fortium, qui in bello ceciderunt, pro quorum incolumentate vir-*  
*gines quotidie ad Deum preces & vota faciunt.*

Si contingit, infideles in Mahomedanorum irrumpere terras,  
omnes quidem, nequidem feminis exceptis, ad arma corripienda  
sunt obstricti. Quod si vero bellum alii inferunt, religionis propa-  
gandæ ergo, unusquisque se illi immiscere non tenetur, sed suffi-  
cittot esse numero, ut hostem superare queant.

Qui hanc amplecti vult militiam, oportet, 1) *masculus*,  
non *foemina* sit aut *hermafroditus*, 2) *pubes*, 3) *mentis composi-*  
4) *liber*, 5) *non senex*, 6) *non rei bellicæ impeditus*, 7) *nec*  
*coecus*, *nec mancus*, ita ut nec *pedibus* *incedere*, *nec equo velbi*  
*possit* 8) *nec ager*, aut *mutulus*, *vel impotens*. *Nemo propter*  
*leviores morbos a militia se excusare potest*. *Dubium* *est*, *an*  
*illis conflectans substitutum mittere possit*. 9) *Militaturus* *sibi* *di*  
*armis* *aliiisque in bello necessariis* *prospicere* *debet*, *&* *familia*  
*sua*, *quam domi reliquit*, *vici* *&* *amici*. 10) *Debet* *sibi* *prospic-*  
*cere* *posse* *de iumento*; *quod si non possit*, *non tenetur* *ad bellum*.  
11) *Militanti, ere alieno obstrictum esse, non licet, si tempus pre-*cep-**  
*tutum solutioni præterlapsum sit*, *&* *creditor solutionem petat*,  
ipse

ipse autem solvere posse. 12) In liberis militaturis parentum consensus requiritur, nisi etiam invitox id princeps iussit.

Tria sunt hominum genera, quos bello Mahomedani persequi tenentur; nempe 1) illos, qui a Mahomedanorum defecunt religione, & principi rebeller facti; 2) eos, qui Harpii dicuntur, & sunt illi, qui, praeter Deum, etiam solem, lunam & idola colunt, aut qui nullum Numen reverentur; 3) istos, qui librum aliquem pro divino habitum, ut sine religionis normam, sequuntur. Tales sunt Christiani, Judaei & Persarum illi, penes quos liber ZEN<sup>D</sup> in maximo est pretio. Hi populus libri alcoranica phrasu dicuntur.

In terris turcico imperio subiectis Persae tantum, Magorum affectae, Judaei & Christiani tolerantur, his tamen sub paciis: ut  
 1) Annuum tributum DINAR, id est aureum nummum, qui 72.  
 grana hordeacea pondere aequat, praestent. 2) Tempa aderent  
 sacras ne in illis locis, qui a Mahomedanis conditi sunt, exstru-  
 ant. 3) Mahomedanorum adficia vicina ipsis Christianorum  
 domus, altitudine nec aequent, nec superent. 4) Ne equo ve-  
 hantur: mulo vel asino insidere licet; ea tamen lege, ne cruri-  
 bus insidente divaricatis, ut mares facere solent, sed ad instar  
 seminarum; 5) Ut in magno hominum confluxu Mahomedanis  
 obviam venientibus cedant. 6) Ut vestibus a Mahomedanis di-  
 stinctis sint induit, & quidem Christiani circa humeros pan-  
 nicum adfiant cinericium. Iudeus flavum, & Persa nigrum  
 vel rubrum. Præterea cingulo coriacum, & capitis tegumento di-  
 stinctio utantur. Fœmina autem loro vel panniculo, extrinsecus con-  
 spicuo distinguuntur, & soleis calcisive diversicoloribus, ita ut  
 unus niger, alter albus vel ruber sit. 7) Ut in balneis, si ibi quo-  
 que Mahomedani lavantur, distinctionis causa torques flanne-  
 os, aneos, vel ferreos, non alios gerant. 8) Ut sibi caveant de  
 enormibus peccatis, uti vini & fuisse usu, concubitu cum ma-  
 tre, aut filia, adulterio, furto &c. 9) Ne Mahomedanos ad  
 suam religionem seducere tentent. Ne festa sua publice celebrent.  
 Ne vetus aut novum testamentum clara vox legant, aut cantent,  
 vel campanas pulsent. 10) Ne de Deo aut Mahomedo cum con-  
 temtu loquuntur. 11) Ne novi aliquid moliantur contra rempu-  
 blicam. 12) Ne absque licentia in templum Mahomedicum in-  
 grediantur. 13) Ne in ditionem Mecca veniant. Quinam hu-  
 ius ditionis sint termini RELANDVS de iure militari Mahome-  
 danorum p. 9. docet. 14) Ne in Hiziasa commorentur. Haec

regio Medinam & Jenanam præcipuas habet urbes. San-  
ctitate itaque Meccano cedit territorio, quippe quod nec  
intrare, nec per illud iter facere, aliis, quam Turcicæ religioni  
addicis, licet.

In bello Turcis necessaria dicuntur, quæ sine peccato omitti  
nequeunt: Vt, 1) antequam infideles (ex eorum opinione,) oppu-  
gnent, eos convertere studeant ad Mahomedanisnum; 2) Ex  
principis iussum ad bellum proficiantur, etiam si illos duello cer-  
tare iuberet; 3) Hostes, qui propiores sunt, prius aggredian-  
tur, quam remotores; 4) Vt bello abstineant, quandiu se hosti-  
bus impares vident.

In bello cavendum: 1) Ne quatuor mensibus sacris, ut supra  
monitum, adversus illos, qui mensum illorum sanctitatem agno-  
scunt, ut sunt Persæ, Turce, Indi, Tartari, arma sumantur.  
2) Non licet alii, sine principiis (Iman) confusu, cum aliquo  
ex inimicis singulare intrare certamen. 3) Cedere aut fugere in  
prælio non licet, nisi hostium copia plus dupla excederint. Muha-  
medanorum copias, quanvis præviderint se impares futuros. 4)  
Foeminas infidelium & infantes & stultos & hermaphroditos,  
etiam si iis opem ferunt, interficere vetitum est, licet ali hoc per-  
hibitum negent, si hosti optulerint. 5) Senes, & homines vel  
corpore vel animo imbecilles, qui nec viribus, nec consilio prode-  
queant, occidere non licet; at servi infidelium, si & ipsi pugnant,  
occidendi sunt. 6) Legatos infidelium sive maiores, sive mino-  
res occidere vetitum. 7) Nafum & aures hostiis praecidere,  
non licet. 8) Nec de præda aliquid celare. 9) Nec hostes in-  
opinatos aggredi, vel interficere, postquam princeps ipsi vitam  
concessit. 10) Nec, post factas inducas, eos oppugnare. 11) Nec  
flumina aut aquas veneno inficere, si aliis modis hostes su-  
perari possint. Sunt tamen, qui putant, ad hoc neminem esse  
obligatum, aut tantum ad illas spectare terras, in quibus Mu-  
hamedani esse creduntur.

Quæ secundum Sunnam, id est, traditionem, requiruntur sunt:  
1) Vt ab omnibus ad prælium paratis, ante constitutum, preces ad  
Deum fundantur, quibus olim Mahomed usus fuisset fertur. For-  
mulam vide apud RELAND p. 24. 2) Vt princeps a suis pro-  
missum exigat, se non cessuros in prælio, & per exploratores  
sollicitate in hostium vires inquirat. 3) Vt die Jovis cum exerci-  
tu rite disposito, & in agmina & cohortes diviso, proficiatur,  
dato signo, quo se noctu ab hostiis queant distingui. In ra-  
tionem

tionem, quod dies Jovis sit electus RELAND p. 24. inquirit. 4) *Vt* suos ad constantiam & fortitudinem excitet. 5) *Vt* cum vi-  
ris prudentibus confilia ineat. 6) *Vt* lento gradu cum exercitu  
incedat, nisi res alter postulet. 7) *Vt*, si fieri potest, castra me-  
tetur in illis locis, ubi copia aqua & pabuli haberi potest. 8) *Vt* si oneri ferendo iumentum imparsit, illud sublevet, & one-  
ris partem in aliud transferat. 9) *Vt*, si optio datur, non confili-  
gat ante meridiem, sed post preces pomeridianas. Eo enim  
tempore portae coeli aperta esse creduntur.

Quæ omittere bonum, non autem prohibita esse dicun-  
tur. 1) Patrem infideliem sua manu interficere. 2) Hostem no-  
tu aggredi sine necessitate. 3) Pugnare ante meridiem; 4) Ner-  
vos sive suffragines pedum iumentis suis succidere, nisi profint,  
etiam si illa exercitum sequi non possent. Praestat illa interfice-  
re; sed iumentis hostium nervos succidere licet. 5) Hostem captum  
in carcere detinere, donec fame moriatur. 6) Arces & ades  
diruere, aquas innittere vallis, ex luto vel argilla exstru-  
ctis, machinas ignivomas in hostem coniicere, domos exurere, &  
arbores, præcipue dactyliferas evertere, si alio modo hostis fu-  
parari posset. 7) Sine consensu principis inter duos exercitus  
medium se interponere, & ibi pugnare. 8) Jumenta hostilia  
post peractum prælium, occidere, at in ipso prælio licet.

Ea que licita, verum etiam omitti possunt, sunt hæc: 1)  
Principi licet ex armamentario publico, vel ore suo militibus  
arma dare. 2) Eadem licet ad bellum conducere infideles, qui sub-  
tutela eius, certo pretio perfoluto, degunt. 3) Licet omnia ten-  
tare, per que victoria speratur, ut urbes & domos excidere,  
ignem in castra aut ades hostium inicere, arbores solo evellere,  
aqua veneno inficere, aut eas solo hostili immittere, ut sub-  
mergantur, nulla habita ratione feminarum, infantium, mer-  
catorum, aut captivorum Mahomedanorum, qui inter hostes  
veruantur. Plures alias constitutiones militares, ex Mahameda-  
nis scriptoribus collectas, refert RELAND L. C. p. 27. seqq. Ex  
quibus has tantum adhuc notare licet. 1) Copias auxiliares  
ex infidelibus adficere licet, modo ne tanto sint numero, ut, a  
Mahomedanis deficientes, parés tis aut superiores esse possint. 2)  
Quicunque vires hostium & victorias nimis extollit, & Muhamedanorum  
extenuat, animosque militum labefactat, e castris re-  
movendus est. 3) Mahomedanus, qui infideliem captum occidit,  
sine consensu principis, paenam meretur, non tamen mortis reus est,

bent & tales alia quoque orbis gentes,\* sive scriptas, sive non scriptas. Veteres quoque Germani in militares leges impingentes, pro delicti gravitate aut levitate, poenis plectebant. *Distinctio pannarum ex delicto, proditores & transfugas arboribus suspendunt, ignavos, & imbellies, & corpore infames, cæno ac palude iniecta, insuper cruce mergunt.* Diversitas illuc respicit, tanquam sceleria ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed & levioris delicti, pro modo pannarum, equorum per eorumve numero convicti multantur. \*\*

Imperatores regesque veteres ex Francis & Germanis legum militarium conditores fuisse, extra ambiguum ponendum. Inter capitularia quadam hujus commatis occurunt sanctiones. Leges militares

aut pretium redemptionis persolvere cogitur. 4) Captivi duorum generum sunt, vel mares vel feminæ. Feminae statim ac capiuntur, servæ sunt, quamvis in ipso confiditu exercituum non capite. Eodem se modo res cum impuberibus habet; Puberes autem viri omnes in proelio debent occidi, nisi Mahomedanisnum sint amplexi. Circa hos autem captivos optio datur principi, an decollare, an vero manibus pedibusque truncare, atque ita, sanguine emiso, neci dare. At si post proelium in manus Mahomedanorum perveniunt, non occiduntur. Quomodo præda sit dividenda vide apud RELANDVM L. C. §. 19 seqq.

(\*) Anglorum militares leges in libro, qui inscribitur: *An Historical and political discourse of the Laws and Government of England, collected from some manuscript notes of SELDEN by NATHANIEL BACON of Gray's. Inter Russorum statuta, quæ MAIERBERGII itinerario adhærent, sunt, quæ ad milites pertinent.*

{\*\*) TACITVS in Germanic. C. 12. *Conringiana* tom. V. p. 292.

res, quas Fridericus I. sanxit, reliquæ sunt. \*  
 Adsunt quoque Friderici III. \*\* & Maximilia-  
 ni I. \*\*\* Maximiliani II. & imperii bellicæ con-  
 stitutiones recessui imperii Spirensi de anno 1570.  
 sub nomine der Reuter und Füssnechts Bestallung/  
 insertæ sunt. Subsequentium imperatorum & Ger-  
 maniæ principum hujus generis ordinationes, nec  
 non exterorum regum militaria placita LVNIGIVS  
 congesit. \* Ludovici XIV bellicam valde augent glo-  
 riæ reglements & ordonances, pour les gens de guer-  
 re, quæ pluribus continentur tomis. Laude inpri-  
 mis dignum, quod severissimis sanctionibus miseros  
 agrestes a militum, hibernis & metatis gaudentium,  
 oppressionibus, tutos reddere molitus sit. \*\* Propu-  
 diofa

B 3

(\*) Apud RADEVICVM lib. I. C. 36. p. 762. seq. tom. VI. script. Ital.  
 & GVNTHERVUM in Ligurino in collect. Reuberi p. 384. seq.

(\*\*) LVNIG corp. iur. milit. p. I.

(\*\*\*) GOLDASTVS tom. II. constit. imperial. p. nō. 17. LVNIG  
 corp. iur. milit. p. 3. Quod genuina fuit, dubitatur.

(\*) Principum nonnullorum militares constitutiones iunctæ sunt  
 PAPPI, STALBURGERI, HOVERI, SCHWARTZII, & aucti  
 emendatique, duabus partibus 1682. comparentis, corporibus iu-  
 ris militaris, aut ibidem citatae.

(\*\*) RECVEIL concernant les gens de guerre tom. I. §. XXXI. p. 43.  
 76. 77. Sa Majesté veut & ordonne, que tous Chefs Officiers &  
 soldats de ses troupes, tant de cheval, que de pied, François &  
 étrangers vivent dans les lieux, qui leur sont destinés pour gar-  
 nison, dans la discipline & police, portées par les ordonances &  
 reglements militaires, & qu'ils paient de gré à gré tout ce, qui  
 leur sera fourni, sans neane d'moins exceder le prix des trois der-  
 niers marchés tenus es lieux de garnison, & ce par le moyen des app-  
 pointemens & soldés, qui leur sont ordonnes par sa Majesté;  
 à la réserve toutefois de l'utancile, consistant au lit garni, de  
 linceuls & place au feu, & à la chandelle de l'Hote, selon sa com-  
 modi-

diosa, militarem virtutem prorsus enervantia profibula, a copiis suis exulare jussit.\* Judicia militaria prudenter \*\* disposita. Copiis, licet hostile ingressæ territoriorum fuerint, accuratam præcepit disciplinam. \*\*\* Insignia quoque sunt jussa, mi-

li-  
modit. Laquelle utancile sa Majesté entend, qu'elle soit fournie gratuitement, sans qu'elle puisse être converti en argent. Pe-  
nes Romanos falgamum, culcitas, lignum & oleum comprehen-  
dit, ex L. un. C. de *falgamo hospitibus non prestando* con-  
stat. Constantii hæc est constitutio, non Constantini, ut recte  
monet contra BALDVINVM IACOBVS GOTHOFREDVS ad  
l. 2. C. *Theodosiani de salgamo*. In lege i. C. Theodosiani, qua  
milites, falgamum exigere, prohibentur, ulro tribui seu praefare  
permittitur, de *oleo & ligno* aliisque huiusmodi dicitur: Lege 3.  
autem eiusdem tit. hæc leguntur: *Nemo militans a suo hospite*  
*falgami aliquid nomine postulet, id est ne lignum, aut oleum, cul-*  
*citræve poscantur.* Sub salgamo haud dubie etiam fal intelle-  
ctum, quamquam huius apud SPARTIANVM in *Pescennio nigro*  
BOXHORNIVM, in re militari vehemens fuit. Ninguam sub eo mi-  
les provincialis lignum, oleum, operam extorxit. Contra apud vo-  
PISCVM in Aureliano C. 7. falgami partibus fal accensetur. Vid.  
GOTHOFRED. ad D. L. 3. ubi de voici salgami origine agit, &  
sub eo etiam acetum suisse inclusum, tradit. Non tamen salgami  
partem scorta & meretrices faciunt. Id lege 12. C. Theodosia-  
ni sequentibus exprimitur: *Hoc prospectum est, ut infusa hospiti-*  
*talitatis præbitio tolleretur.* Fateor, eruditus circa huius legis in-  
terpretationem dissentire. Græci, notante CVIACIO ad L. 6. C.  
Iust. de salgamo & ex eo referente IACOB GOTHOFREDO in  
comment. ad C. T. ita interpretantur: *sid petatur, ut hospites bri-*  
*gillent equos.* Salgannum nostrates vocabulo *Servis* exprimunt  
Solet sub eo intelligi Salt, Esig, Pfeffer, Holz, Eicht, Bette & Obdach,  
quod tamen potius ad metata. Vid. ordinat. militares apud LV-  
NIGIVM.

(\*) L. C. p. 471.

(\*\*) L. C. p. 141. 151. 152.

(\*\*\*) *Reglements & ordonances du Roi tom. II. p. 41.*

( 15 ) ( 20 )

ti Belgico, sub Guilelmi Angliae regis auspiciis stipendia merenti, data. \*

Germani veteres, quorum respuplicæ omnes propemodum militares erant, litterarum fuere incuriosi & contemtiores, remque ac virtutem militarem ab arte & scientia abhorrire, credebat. Hinc a Romanis, si eorum res in proelio inferiores fuere, plerumque non virtute, sed disciplina militari vincebantur. Gregorii plerumque Romanorum milites, & officialium \*\* nonnulli, plane non imbuti fuerunt litteris, & hi ignorantiae privilegio, quod militibus in jure nostro tribuitur, occasionem præbuerunt. Illustri nobili & honestiori loco nati, ad militaria tyrocinia, elegantiorum litterarum & jurisprudentia studia afferabant. His & summis majorum imaginibus, qui bus, ad præclare agenda, incitabantur, adminiculis, militaribus mox ex cedebant ephoebis, & ad bellicas evehebantur dignitates.

Nihil in nobili etiam milite turpius esse potest, ignorantia. Virtus & eruditio magis in clarorum natum

---

(\*) Recueil des ordonances militaires de sa Majesté Britannique pour le règlement des troupes, qui sont au service de leurs H. P.  
Ad ius militare Hollandicum PAPPVS notas edidit.

(\*\*) Ad horum haud dubie classem spectant Aufidenus Rufus, praefectus castrorum, diu manipularis & centurio Lucilius, cui militaris facetus *Cedo alteram*, vocabulum indiderant, quia fracta vite, in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam poscebat. TACITVS annal. lib. I. C. 20. & 23. Bona litteræ ferociam corrigunt, commodos placidosque insinuant mores, suum cuique tribuere docent, ingenium, iudicium, ac facundiam instruunt. Clemens Iulius perferendis militum mandatis idoneus habebatur, ob promptum ingenium.

taliū homine, quam in alio elucescit. Cest nō est pas, que la vertu ne soit a estimer dans tout le monde, mais elle a toujours beaucoup plus de lustre dans une personne de naissance. \* Dolendum, litterarum non-nunquam ofores, ex desperatione quasi, aut murciæ eo securius litaturos, militiæ nomen dare. Sed cogitent hi, se a musarum filiis, castra sequentibus, & fama & dignitate infinitis propemodum numeris superatum iri: \*\* Propria experientia, multos requirit annos, subfidiaria, quæ ex rerum gestarum commentariis haurienda compendiarium, si propria quodammodo accedit experientia, ad magna tendentibus præbet iter. Heroem maximum, Eugenium, Sabaudiæ principem, æque ac Montecuckelium, qui solus Turennii artes eludere valuit, scientiam militarem plenis manibus ex veterum lectione haussisse, dicunt. Historiarum oculus est geographia.

Quantum homini militari dedecus est, non solum mathematicarum disciplinarum, sed & recentiorum in primis temporum, & patriæ, vicinarumque regionum, in quibus facilius contingere potest bellum, esse ignarum. Principes hodie tam in legationibus, quam consiliis \*\*\* militares adhibere solent viros

(\*) Memoires de Mr. L. C. B. R. p. 20.

(\*\*) Sagum cum toga iungi potest, sed non cum indumento episcopali aut clericali. Vid. ZIEGLERI dissert, cui titulus: *Episcopus miles.*

(\*\*\*) De Alexandri Severi notabili, eligendi consiliarios, modo hac apud LAMPRIDIVM p. 343. edit. leguntur: *Fuit præterea illi consuetudo, ut si de iure aut de negotiis tractaret, solos doctos & discretos adhiberet; si vero de re militari, milites veteres ac senes, & bene meritos, & locorum peritos, ac bellorum & castrovrum, & omnes litteratos, & maxime cum primis historiam sci- entes.*

viro. Balbutient hi & impingent, si naturæ donis non ex vivis & mortuis magistris incrementa addidere. Absit tamen, me velle, ut Martem sequens se totum libris addicere, & illis immori debeat. \* Exercitiis quoque & conversationi honestæ & utili aliquid dandum. Meum jam non est, ea, quæ homini ad militares adspiranti dignitates addiscenda sunt, investigare. \*\* Id tantum adhuc monebo, sine jurisprudentia militaris scientia vix officio, quando in militare adhibebuntur judicium, recte functuros. \*\*\* Nam legum positivarum, ex quibus militares plerique deciduntur causæ, vis & potestas, memorie mandari debet judiciali.

## C Pri-

(\*) *Vn pedant enyvré de sa vaine science,  
Tout herissé de Grec, tout bouffé d'arrogance,  
Et qui de mille Autours retenuis mot pour mot,  
Dans sa tête entassez, n' a souvent fait qu'un sot,  
Croit, qu'un livre fait tout, & que sans Aristote  
La raison ne voit goute & le bon sens radote*

*BOYLAU dans la quatrième satyre,*

(\*\*) *Vid. BIERLINGII dissert. de eruditione politica oder von cavallierenment studieren.*

(\*\*\*) Iudicium militare dividitur in criminale & civile Krieges Recht. Illud dividitur in capitale & non capitale Cammer Recht. Capitale aliud est ordinarium Malefiz-Recht, aliud extraordinarium. Hoc subdividitur in statarium im Stand-Recht, & hastatum Spies-Recht. SCHROEDERI dissertatio de auditoribus p. 67. Quae ad processum, in iudicio militari obserendum, attinent, a BURGERO observ. milit. 98. cent. 2. OBRECHTO de disciplina militari thes. 156. seqq. traduntur, Adde CIESII sciagraph. iudicij milit. criminal. ordinari.

Privilegia (\*) quibus milites gaudent, superiorum sunt placita, non a natura determinata.

Inter militaria privilegia sunt, I) Quod milites ius civile ignorare queant. L. final. C. de iure *deliberandi*. MEIER *de privileg. militum* thes. III. Eo hoc extendunt privilegium, ut iuris ignorantia militibus etiam ad lucrandum & acquirendum profit, ZIEGLER *de militum privilegiis* §. 5. Hanc iuris ignorantiam ad gregarios potissimum spectare milites, & leges non militares concernere, opinor. tit. ff. & C. *de re militari*.

2) Milites, ex hodierna praxi, in omnibus causis civilibus & criminalibus, etiam non, militibus, privilegiatum habent forum. Potest tamen magistratus loci, ubi miles delinquit, eum in captivitatem agere, & tam diu custodire, usque dum extradatur. Nec milites in causis, antequam miles factus, coram alio iudice pendentibus, ad forum suum privilegiatum provocare potest. CVIAC. ad C. penult. X. *de fore competente*. Causae militum matrimoniales consistoriis permitti solent. Vid. ZIGLERVS L. C. & mea *de iudice militari dissertatio*.

3) Solet tamen, ad militum causas matrimoniales diiudicandas, praesertim si in castris agunt, peculiare quandoque stabiliri consistorium. Iudicia, ad militarem spectantia disciplinam, etiam diebus dominicis & festis celebrari possunt. L. 9. ff. de feriis ENENKA *de privilegiis lib. 2. privileg. 3. n. 10.*

4)

(\*) De privilegiis exstat MEIERI dissertatio, cui tamen longe antecellit, quam de eodem argomento ZIGLERVS conscripsit.

4) Miles non cogitur invitus dicere testimonium, si inde a signis vel muneribus avocaretur. L. 3. §. 6  
& L. 8. ff. de testibus.

5) Etiam, post rem iudicatam, militem exceptiones opponere posse peremptorias, licet non sint in continenti liquide, dicunt; ita ut ad hoc restitutio-  
ne in integrum non indigeat. ZIGLER. L. C. §.  
XVII. MEIER L. C. th. 18.

6) In conditione indebiti non militi indebitum  
alleganti, sed adversario eius probatio debiti incum-  
bit. l. 25. §. 1. ff. de probat.

7) Miles, ad peram & saccum usque, non potest  
excusi, sed ad quotidianum victum, necessaria ipsi  
salva esse debent. ZIGLER L. C. §. XX. Sunt tamen,  
qui putant, hoc militum privilegium in praxi non  
observari. In ducatu Brunsicensi lege constitutum,  
militum stipendia arresto, quod vocant, constringi  
non posse.

8) Arma militum plane pignori capi non pos-  
sunt, & stipendia eorum, ex causa rei iudicatae, non,  
nisi creditori aliunde satisficeri nequeat. L. 4. C. de  
execut. rei iudicatae. JOSEPH. GIBALLEN de iuris.

9) Res militis pecunia emta ab eo vindicari  
possunt L. 8. C. de rei vindicat. ZIGLER de privileg.  
militum §. XXIV. MEIER de privileg. militum thef. 13.

10) Militum res, etiamsi, ad vestigiales cippos,  
earum professio non sit facta, in commissum non  
cadunt, L. 3. C. de vestigialibus. Interim a vestiga-  
lium

Ium præstatione non sunt immunes L. 7. C. de ve-  
ctigal. & commiss.

ii) Miles a tutelari munere penitus excluditur.  
§. 14. I. de excusat. tutor. Hoc ad milites, qui in mi-  
litaribus versantur occupationibus, refringendum  
puto. Ceterum, qui in otio vivunt, se excusare  
posse, videntur.

12) De privilegiato militum testandi modo, hæc  
L. I. ff. de testam. militari leguntur: Faciant (milites)  
testamenta quomodo volent: Faciant quomodo poterint,  
sufficiatque, ad honorum suorum divisionem faciendam,  
nuda voluntas testatoris. Miles in acie, aut in pro-  
cinctu ad configendum, sine omni teste, testamentum  
condere potest. In castris duos adhibeat, necesse  
est. Extra castra iure communi testatur. ZIGLER  
§. XXIX.

13) Non est necesse, ut in militari testamento  
testes sint rogati. Testamenti scriptura notis & sigillis  
perfici potest. L. 2. & 40. ff. de militari testamento.

14) Miles potest ex parte testatus, ex parte in-  
testatus decedere. L. 6. 19. ff. de militari testam. Potest  
quoque, sciens se liberos habere, eos impune præte-  
rire L. 9. C. de militari testamento, & talis præteritio  
pro exhæredatione habetur. Sic & miles liberos sine  
causa exheredare potest, nec contra patris militis  
testamentum a filio, licet sit miles, inofficiosi testa-  
menti querela institui potest.

15) Miles codicillis directo hereditatem dare po-  
test, non autem paganus. §. 2. J. de codicillis. Nec non  
plura eius testamenta simul valent. 16)

16) Potest filio impuberi pupillariter substituire, etiamsi substitutum sibi heredem non scribat. L. 2. §. 1. ff. *de vulgari & pupillari substitut.* Deinde etiam ultra annos impubertatis pupillariter, si ita loquacitate, substituere potest.

17) In testamento militari Falcidiæ & Trebellianæ detractio non habet locum. L. 17. ff. ad L. Falcid. L. 12. C. *de testam. milit.*

18) Filius familias de peculio castrensi pro lubitu disponere, & de eo testamentum condere potest.

19) Miles, licet hereditatem fine inventarii beneficio adierit, ultra vires hereditatis non tenetur. L. 4. §. 1. ff. *de iuris & facti ignorantia.* L. f. pr. C. *de iure deliberandi.* MEIER l. C. thes. 16.


20) De viventis quoque hereditate milites pacisci possunt. L. 19. C. *de pactis.*

Quæ de necessitate jurisprudentiæ militari dixi, non ad eos, qui in judicio militari tantum numerum facere, & ex ore judicis militaris, quem auditorem vocant, penitus pendere volunt, spectant. Id omni dubio procul est, judicem hunc, auditorem (\*) putas, jurisprudentiæ militari non limatum, sed penitus imbutum esse debere, cum quasi totius judiciorum oraculum sit. Dolendum sane, iudicis militaris nonnunquam spartam talibus obtingere, ad quos

co-

(\*) Ad hunc formandum SCHROEDERI & mea de *iudice militari* sive *sculento* spectat dissertatio. Iunge SPATENII auditorem & SWENDI discursum militarem cum annotationibus LOBRINI. H. C. K. in Auditeur reglement, & GRUBERI *Kriegs-Disciplina.*

COCEII dissertatio de *judice jus ignorantiae* pertinet.  
 Denique iuri operam navantibus, qui a militari prorsus  
 vita, ut & auditoris munere abhorrent, a jurispruden-  
 tiæ militaris studio non abstinentum. Multis enim mo-  
 dis contingere potest, ut militaris causæ patronos  
 agere debeant. Tanta igitur juris militaris necessi-  
 tas me commovit, ut, jurisprudentiam militarem, ad  
 BAIERI ductum, futuro semestri, publicis explicare  
 prælectionibus, decreverim. Faxis Deus, ut labores  
 mei, quos, sub divinis auspiciis, statuto inchoabo  
 die, exoptatum consequantur  
 finem.







Helmstedt, Diss., 1738/41

X 2309199



B.I.G.



DISSESSATIO  
DE  
LEGIBVS MILITARIBVS  
ET  
JVRISPRVDENTIÆ MILI-  
TARIS VTILITATE  
QVA  
INSTAR PROLVSIONIS  
NOBILISSLIMOS DOCTISSIMOS QVE  
DOMINOS COMMILITONES  
AD PPÆLECTIONES  
BAIERI JVRISPRVDENTIAM MILITAREM  
PVBLICAS  
QVARVM  
DIE OCTOBRI 1739  
PRIMÆ HABEBVNTVR  
HVMANISSIME INVITAT  
JOH. WILHELM DE GOEBEL  
JCtus.

HELMAESTADI  
OFFICINA PAVLI DIETERICI SCHNORRII  
ACAD. TYPOGR.